

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Dissertatio Theologica De Scriptura Sacra, Illius Definitionem Explicans

Gryphiswaldiæ: Typis Hieronymi Johannis Struckii, [1739?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862189268>

Druck Freier  Zugang



384 a.B.
48.b.8.


17

Fa-1092 (n)

2.
24.
3.
23.
4.
22.
5.
2.
6.
20.
7.
1.
8.
16.
17.
15.
21.
22.

2. 25.
24.
3.
2. 3.
4.
2. 2.
5.
2.
6. 20.
7.
8. 1.
9. 1.
10.
11.
12.
13.

2. 23.
24.
3.
2. 3.
4.
2. 2.
5.
2.
6.
20.
7.
1.
8.
1.
9.
1.
10.
11.
12.
13.



DISSE^{5.}
TATIO THEOLOGICA
DE
SCRIPTURA
SACRA,
ILLIUS DEFINITIONEM
EXPLICANS.

QUAM
CONSENSU FACULTATIS THEOLOGICÆ
SUB
PRÆSIDIO
JACOBI HENR. BALTHASARIS.
S. THEOL. D. ET PROF. ORD. CONSISTORII REGII
ASSESSORIS ET AD ÆDEM S. JACOBI
PASTORIS,
IN ACADEMIA GRYPHICA
ANNO MDCCXXXIX. DIE VIII. DECEMBR.
PUBLICÉ DEFENDET
JOH. CHRISTIANUS MASSOW,
WOLGASTO - POMERANUS.

GRYPHISWALDIÆ,
TYPIS HIERONYMI JOHANNIS STRUCKII,
REGIÆ ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE

A R I P U T A R Y
S A E R A
H I L D E B E R G I O N I M
E X T R I C A N S

CONCERNING THEOLOGY

DE

P R A C T I C O

JACOBII HENRI. BAUTHAASARI.

AT THE PRESS OF PROSPER CONSULTORI REGII

AT BERLIN ET ALIAS JACOBI

PUBLIORIS

A R I P U T A R Y
S A E R A

AT THE PRESS OF PROSPER CONSULTORI REGII

SUPPLICE DE TINTINNIS

M A S S O N U S M A S S O N

W O L G A R T - P O M E R A N I A

C A T A L O G U E

G E R M A N I A - I O A N N I S S T R U C H

T H E O R Y



5.

VIRIS
SUMME AC PLURIMUM REVERENDIS,
AMPLISSIMIS, DOCTISSIMIS,
DOMINO
CAROLO CHRISTIANO
MASSOWIO,

COETUS, QUI DEO WOLGASTI COLLIGITUR,
PASTORI PRIMARIO, AC VENERANDÆ ISTIUS
SYNODI PRÆPOSITO,

PARENTI SUO,
SI A DEO DISCESSERIS, OPTIMO.

GOTTSCHELI

DN. FRANCISCO CHRISTIANO
BETSCHEI

VT ET
RELIQUIS VENERABILIS CIRCULI HUJUS
MEMBRIS SPECTATISSIMIS,

DOMINO DAVIDI ANDREÆ
TRACHTIO,

Pastori Zarnekoviensi, ac Synodi Seniori.

DN. CHRISTIANO IKE,
Pastri Cröslineni, & Synodi Con-Seniori.

DN. M. DANIELI EBERHARDO
BOHNSTED,
Pastori Pinnovieni.

DN. JOACHIMO WILLERS,
Pastori & Plebano Lassanensi.

DN. GEORGIO FRIDERICO
GOTTSCHALL,
Pastori Zytheni.

DN. FRANCISCO CHRISTIANO
PEETSCHIO,
Pastori Hohendorffensi, & Synodi Provisorii.

DN. JACOBO CRAZIO,
Pastori Boltenhagenſi.

DN. MICHAELI HARTWIGO
VIROW,
Diacono Laffanensi.

DN. JOHANNI CHRISTIANO
KITTENDORFF,
Pastori Schlatkovienſi.

DN. M. CHRISTIANO BERLIN,
Archi-Diacono Wolgastano & Synodi Provisor.

DN. JACOBO ERNESTO
ZELICH,
Pastori Züssoviens.

DN. JOHANNI FRIDERICO
BERG,
Pastori Baverensi.



DN. THEOPHILO JOACHIMO
WACHHOLTZ,
Pastori Rantzinensi.

DN. AUGUSTO LIBORIO,
Pastori Bünsoviensi.

DN. M. ERNESTO AUGUSTO
NÖLTING,
Pastori Wusterhusano.

DOMINIS, FAUTORIBUS AC PATRONIS SUIS,
ÆTERNUM DEVENERANDIS;

Præsentem hancce Dissertationem Theologicam, tan-
quam pignus sua in TANTOS VIROS observantia,
offert ac dicat,
seque suaque Studia de meliori commendat,
NOMINUM TANTORUM

Gryphiswaldiae,
die IV. Dec. MDCCXXXIX.

Cultor obstrictissimus
JOHANNES CHRISTIANUS MASSOW,
Wolgasto - Pomeranus,
Theologie ac Philosophie Studiosus.

5.

VIRO IVVENI POLITISSIMO
IOANNI CHRISTIANO MASSOWIO
DISSERTATIONIS HVIVS
DEFENSORI CLARE DOCTO
AMICO AESTVMATISSIMO
S. P. D.

EPHRAIMVS FRIDERICUS SONNENSCHMID

GRYPHICVS
COMMILITONI COMMILITO

Felices iure quodam suo nominaueris, quotquot, prouti par-
est, animo et mente potius, quam cerebro, comprehendenterint
Philosophiam, sui cultoribus ad felicitatem omnibus perfectam
numeris, frusta in se quaesitam, aliunde perueniendi viam
commonstraturam. Feliciores itaque eos praedicaueris, qui
animum, philosophicis haud perfunctorie imbutum scientiis,
sanctorum litterarum praeceptis adplicuerint. Desideratam
namque frusta in Philosophia felicitatem hos in sacris esse pa-
ginis inuenturos, nemo temere negabit. Felicissimum tamen
omnium dixeris, quisquis e dulci sacrarum litterarum scatu-
rigine haustam veritatis ad pietatem cognitionem ad ipsum
vitae actum usque rite deduxerit. Is enim, quam frusta
rimatur Philosophus, felicitatem inuenit, inuentam possidet.

Abs TE, dilectissime MASSOWI, pauca ista hic adpo-
nendi grata mibi oblata est occasio. Videris mihi, cui dextre
adplicantur, quae adulii breuissimis. Felix es, non solum
videris. Coluisti Philosophiam atque ita excoluisti, ut publico
aliquando testaturus sis documento, quam bene quamque lau-
dabiliter! Inuestigasti ordinem viamque, ad veram et perpe-
tuam

euam felicitatem ferentem, at minus inuenisti in poenitentia,
de qua dissertationem elaborasti, Philosophica. Scrutaris proinde
altius, disputatus iam de sanctioribus Numinis, quod vene-
ramur, Oraculis; quibus quippe, diuiniori tamquam discipli-
nac, incognita quadam naturae persuasione studia dicasti
TVA. In his, confidis, fore, ut non tantum veram felici-
tatem viamque, qua ad illam itur, optimam inuenias, verum
etiam tantas tamque felices in illa progressiones facias, ut
omnes boni perpetuo sint habituri, de quo laetentur, ac **PA-**
RENTI; per quem et viuendi initium et studiorum prosequon-
diorum praesidium **TIBI** felix contigit, maxime reverendo, **TIBI**-
que ex animo gratulentur. Laetor et ego, atque eo magis laetor,
quod ita esse felici mibi licuit, qui **TVIS** ego diligentiae speci-
minibus pariter atque felicitati **TVAE** non solum spectator,
sed et testis laudatorque contigerim. Gratulationes itaque,
quas sibi **TV A** vindicat diligentia, facio, babeoque in votis
ardentissimis, ut enixissima virium contentione sancte ca-
ueas, ne quid TE indignum in TE unquam admittas. Caevas
itaque, ne quid bonarum litterarum, ad publicam utilitatem
profuturarum, in TE aliquando desideretur. Immo caevas, ne
quidquam facias reliqui, ut iis, ad conscientiam vitamque
relatis, quae ex limpidissimo Israelis fonte bucusque tam Re-
giomonti, quam Gryphiae, bausisti, nunc vere fruaris, et quanta
quanta **TV A** non esse solum, sed permanere quoque labores.
Atque sic quidem eueniet, ut ita de iis, nihil ut supra posse
videatur, tamquam felicissimus possis laetari. Vale, eumque
tamen dilige aut saltem ama, cui aduersarii hostisque publici
partes detulisti, ac omnem rem **TVAM** age quam felicissime!
Gryphiae **CID ID CC XXX VIII.** Prid. Cal. Decembr.



DE
SCRIPTURA SACRA.

Σύνοψις

- §. I. Scriptura Sacra
- §. II. Veteris & Novi Testamenti.
- §. III. Est verbum Dei.
- §. IV. Ab ipso Deo
- §. V. Revelatum
- § VI. Atque inspiratum
- § VII. A sanctis autem Dei hominibus.
- § VIII. Literis.
- § IX. Styloque singulari conscriptum.
- § X. Sensu gaudens literali & mythico.
- § XI. Legem denique docens & evangelium
- § XII. Ut homines salventur non menque divinum glorifiscetur.
- § XIII. Affectiones scripturae sunt

- §. XIV. Primarie.
- 1. Auctoritas divina.
- 2. Infallibilis veritas.
- 3. Perpetua conformitas.
- 4. Revelationis perfectio.
- 5. Perspicuitas.
- 6. Facultas semetipsam interpretandi.
- 7. Facultas normativa.
- 8. Potestas judicaria.
- 9. Efficacia divina
- §. XV. Secundarie.
- 1. Necessestas.
- 2. Integritas canonis.
- 3. Fontium puritas
- 4. Catholici communicabilitas.

A

§. I

§. I.

SCRIPTURA SACRA.

I. **E**st principium *cognoscendi* Theologiæ. Ideoque de illa in *Pre cognitiis* agitur, inter alia nos merito ad fontem ducentibus ejusque autorizatatem afferentibus, ex quo dogmata ipsa deinceps derivanda. Est vero etiam principium *operationis*, seu medium, quo Deus spiritu alia in nobis operatur. Hoc respectu tractatio de *verbo Dei* ad tertiam pertinet Theologiæ partem. Ubi ergo distincke de *lege & evangelio* agitur.

II. *Scriptura* vocabulum, hoc loco non actum scribendi, vel unicum dictum, ut *Marc. XII. 10. Luc. IV. 21.* sed ipsum codicem sacrum integrum, ab actu cause ministerialis, externa scribendi actione, sic dictum, significans, habetur *2. Tim. III. 16. Job. II. 22.* Et numero quidem singulari, quia unicum est sistema biblicum, pluribus licet constans partibus, (*Unde pluralis γένος, Job. V. 39. 1. Cor. XV. 3. 4.*) idemque *κατ' εξοχήν* hoc nomine insignitum, quod illud præ reliquis libris omnibus scriptione dignum, cæteris vero absque salutis dispensilio facilius carere queamus.

III. *Sacra* dicitur ex *Rom. I. 2. 2. Tim. III. 15.* à *causa efficiente* principalis, quæ Deus sanctissimus, *2. Tim. III. 15. 16.* à *causis ministerialibus*, sanctis Dei hominibus, *2. Petr. I. 21.* ab *objeto*, rebus, quas continet, sacris, *Ep. Jude 20.* Quibus etiam peculiaris, propria & *sacra dictio*nis forma, materiæ evangelicæ accommodata, respondet. A *fine sancto*, qui fides est vitæque sanctimonia cum vitæ æternæ fruitione, *Job. XVII. 17. 2. Tim. III. 15.* Denique, quod ab omnibus, non profanis solum, sed etiam ecclesiasticis scriptis separata est, & in sublimi canonice authoritatis sede constituta, ab omnibus fide & obsequio suscipienda.

IV. In-

5.

DE SCRIPTURA SACRA.

IV. Inter synony-ma nobis communissimum est *βιβλιον*, *Hebr. X. 7.* absolute positum. Unde germanorum Bibel. Pluralis, Biblia, pluribus sacrum codicem libris particularibus constare, innuit. Alias dicitur *liber Jehove*, *Jes. XXXIV. 16.* *sacra litera*, *2. Tim. III. 15.*

V. Scriptura S. hoc loco consideratur & formaliter, sensum denotans, seu conceptus mentis divinæ, literis expressos, veritates & dogmata biblica. Qua ratione æterna, *1. Cor. II. 7.* *1. Petr. I. 25.* & ecclesia antiquior esse dicitur. Et materialiter, ipsa verba librosque biblicos significans. Quo sensu posterior est ecclesia & cum mundo peribit.

§. II.

VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

I. Nomine *veteris testamenti* designantur libri, ante natum Christum scripti, stylo Paulino *2. Cor. III. 14.* quia veterem tradunt salutis œconomiam, (*Ebr. VIII. 13.*) a Mose institutam. Inde *novum testamentum* ecclesia dicit libros, post Christum natum scriptos, quia novam explicant salutis œconomiam. *Ebr. VIII. 8.* *IX. 15.* Vid. *Concilii Laodicensi Sec. IV.* canon ultimus, & *S V I C E R I Thesaurus eccles. voc. Σιαδῆνην*.

II. Quinam sint libri *veteris testamenti*, docent 1) Christus *Matth. XI. 13.* *Luc. XXIV. 44.* 2) Ecclesia Judaica, cui verbum divinum revelatum, *Pf. CXLVII. 19.* cui oracula divina concredita. *Rom. III. 2.* Quæ habuit & legit vetus *testamentum* *2. Cor. III. 14.* nec unquam à Christo & apostolis in colligendo, vel conservando canone V. T. erroris, negligentie, vel fraudis accusata, sed, approbato illorum canone, laudata. *Joh. V. 39.* *Luc. XVI. 29.* *31.* *Aet. XXIV. 14.* *XXVI. 22.* Continet vero Judæorum canon 1) *תורה*, *legem*, seu Pentateuchum Mosis. 2) *נביאים*, *Prophetas*. Eosque priores, libros Josuæ, Judicum, Samuelis & Regum. Et posteriores, Jesaiam, Jeremiam, Ezechiel, Hoseam, Joel, Amos, Obadiam, Jonam, Micham, Nahum,

Nahum, Habacuc, Zephaniam, Haggæum, Zachariam, Mala-
chiam. 3) כְּתֻבוֹנִים, seu *hagiographa*. Psalmos, Proverbia, Job,
Canticum, Ruth, Threnos, Ecclesiæstem, Esther, Daniel,
Esra, Nehemiam, Chronica. JOSEPHUS Lib. i contra Apionem
secundum numerum literarum 22. alphabeti ebraici re-
fert a) Pentateuchum Mosis. b) Prophetarum libros 13. Nempe
1) Librum Josue. 2) Iadicum cum append. Ruth. 3) duos
Samuelis. 4) duos Regum. 5) duos Chronicorum. 6) Esra
primum & secundum, qui Nehemias. 7.) Esther. 8) Job. 9)
Jesiam. 10) Jeremiam cum Threnis, 11) Ezechiel. 12) Daniel.
13) Volumen XII. Prophetarum minorum. γ) Quatuor li-
bros hymnorum & moralium, Psalmos, Proverbia, Ecclesiæstem
& Canticum. Conf. JON. BUXTORFI Tiberias Cap. XI. VI-
TRINGA Observ. Sacr. Lib VI. c. 6. CARPOVII Crit. S. P. I. c. 4.
Utrōque tertiam partem incipit Psalmorum liber, à quo ita-
que integrā denominavit Christus, Luc. XXIV, 44. III) Pa-
tres primitivæ ecclesie Christianæ, cum Judæis consentien-
tes. Ex Sec. II. MELITO apud EUSEBIUM Hist. eccles. Lib. IV.
c. 26. Ubi tamen Proverbia Salomonis dicuntur etiam Sapientia,
& Jeremias Threnos, Esra vero Nehemiam compre-
hendit. Estheræ denique liber vel incuria scribæ, similitudi-
ne nominum Esrae & Ester decepti, fuit omissus, vel sub alio
nomine (fortassis Esrae, quem nonnulli Estheræ librum scrip-
fisse statuunt) latet. Vid. VALESIUS ad b. l. & CARPOVII
Introductio ad Libros V. T. P. I p. 367. Porro ex sec. III. ORIGE-
NES apud EUSEBIUM l. c. Lib. VI. c. 25. Ubi vitio textus Euse-
biani (quod RUFFINI versio docet, hoc loco integra) XXI.
tantum libri enumerantur, omisso XII. Prophetarum volumi-
ne, contra ORIGENIS mentem, qui 22. recensuit. Addidit
quoque epistolam Jeremiæ, vel illam, quæ libro Baruch jungi
solet, vel aliam, Cap. XXIX. Jeremiæ legendam, uti vult G.
de MASTRICK in Canone Scriptura ecclesiastico p. 30. Denique
ex sec. IV. Concilium Laodicenum, ab universa ecclesia recep-
tum, ab ipsis episcopis Romatis & conciliis generalibus ut
& jure can. confirmatum. Jeremiæ jungit Baruchum, tan-
quam

quam amanuensem, & Lamentationibus addit epistolas. Sed recte monet EPIPHANIUS, non reperiri apud Ebræos epistles Baruch, sed solas Lamentationes cum Jeremias conjungi, docente SUICERO in *Thesauro eccles.* voc. γερμ. col. 798. Conf. BEBELII *Antiqu. eccles.* sec. IV. To. I. p. 729, & G. de MASTRICH T. c.

III. Libri N. T. sunt 1.) *Historici*, quatuor evangelia (a JOHANNE apostolo approbata, teste EUSEBIO in *Hist. eccles.* Libr. III. c. 24) & actus apostolici. 2.) *Dogmatici*. Epistolæ Pauli 14. duæ Petri, tres Joannis, una Jacobi, iterumque unica Jude. 3.) *Propheeticus*, apocalypsis. Et, licet de quarundam epistolarum (Jacobi & Jude, secundæ Petri & posteriorum Joannis) autoritate ab initio à nonnullis fuerit dubitatum, teste EUSEBIO *Hist. eccles.* Libr. III. c. 25. Hic ipse tamen addit, a multis aliis easdem fuisse commemoratas atque receptas, idemque deinde allatis Patrum testimonii confirmat. Quibus illud ORIGENIS addi meretur ex homil. 7 in Joh. allegatum à I. F. BUDDEO in *Instit. Theol. dogm.* p. 198. et quæ in nostra demonstratione veritatis & divina originis libror. N. T. ex Clementis R. testimonii de Apostolis 7. C. §. 10. collegimus. Unde apparet, canonem nostrum in 3. prioribus seculis plurimis ecclesiis notum fuisse probatumque.

IV. Utriusque testamenti libros ecclesia primitiva dixit canonicos, (Vid. Concilii Laodiceni canon ultimus) voce hac in significatione proptia ex Gal VI. 16. Pbil III. 16. accepta, quia divinam regulam fidei & morum, dirigentem pariter & probantem, continere creditit. Atque hoc sensu à canonice exclusit & anavatis, vel apocryphos, (h. e. occultos & absconditos, qui in tam clara luce positi non sint; quam canonicci, quia de illis non constet, quod divinæ sunt originis) dixit illos, qui in ecclesia pontificia canonicas hodie junguntur, ab aliis patribus dictos ecclesiasticos, quod ob utilitatem in ecclesia legi potuerint. Interdum tamen canonis vocabulum paulo laxius accepit de libris publice in ecclesia legendis, eo-

que sensu nomen hoc tribuit etiam *apocryphis* pontificiorum. Tum vero *apocrypha* dixit spuria & supposititia impostorum scripta, ne in ecclesia quidem publice legenda. Vid. SUICERUS in *Tbesauro eccles. voc.* ΑπόγευΦος, & GERHARDUS in *Exegesi Loci de scriptura*, §. 67.

V. Nostra ecclesia libros Pontificiorum apocryphos, *Tobie*, *Judith*, *Sapientiae*, *ecclesiasticum*, *Baruch* & duos priores *Macabaeorum*, a Canone V. T. proprie dicto & divino jure meritoque excludit, quia 1.) excluduntur à *Judeis*. Conf. num. 2. 2.) à primitiva ecclesia Christiana. 3.) Non sunt verbum propheticum, (2. Petr. I. 19.) à prophetis scriptum, sed longe post Prophetarum tempora compositi. 4.) Multa continent falsa & contradictiones, sanctisque & θεοπνέουσι hominibus indigna, à RAYNOLDO in *censura librorum, apocryphorum*, SPANHEMIO in *Syntagm. Dispp. Theol.* P. 2. p. 121- seqq. & GERHARDO in *Confess. catbol.* Lib. 2. p. I. art. 1. cap. 1. exposita.

§. III.

EST VERBUM DEI.

I. Sic dicitur Ps. CXLVII. 19. Prov. XXX. 6. Rom. III. 2. Ebr. IV. 12.

II. Non vero intelligitur λόγος ὑποστητος, ipse Christus, hoc nomine insignitus Apoc. XIX. 12. 13. Ps. XXXIII. 6. coll. Job. I. 3. & 2. Sam. VII. 21. coll. 1. Chron. XVII. 19. sed εὐδαίδετος, conceptus mentis divinæ, Jes. XXXIV. 16. 1. Cor. II. 7. & προφεσιος, verbum externe prolatum, vel immediate ab ipso Deo. Exod. XX. 1. vel per creaturas ex divina inspiratione, tam orali prædicatione, Jes. LI. 16. 2. Sam. XXIII. 2. Matth. X. 20. 2. Petr. I. 21. quam scriptio, Jer. XXX. 2. XXXVI. 2. Apoc. II. 1. 19. II. 8. 12. 18. III. 1. 7. 14. Exod. XXIV. 4. 7. Deut. XXXI. 9. Jes. XXX. 8. Hab. II. 2.

III. Inde est distinctio verbi scripti & non scripti, 2. Thess. II. 15. Quæ tamen, in primis si dogmata fidei & morum species, non est divisio generis in suas species, vel totius in suas par-

partes integrantes, sed subjecti duntaxat in sua accidentia. Idem verbum, eadem dogmata, quæ antea non scripta, post literis sunt mandata. Nec dantur doctrinæ non scriptæ, à scriptis diversæ. *i. Job. I. 3. 4.*

IV. Ita quoque verbum *internum* ab *externo* sensu orthodoxo non differt essentialiter. *Internum* sunt conceptus rerum in mente Dei, vel scriptorum sacrorum omniumque illorum, qui scripturam intelligunt. *Externum* verba sunt, quæ, ceu signa rerum, conceptus illos externe declarant, aliorumque animis instillant.

§. IV.

AB IPSO DEO.

I. **A**uctor Scripturæ primarius, siue *causa efficiens principialis*, ipse Deus trinus est. Pater *Job. XVII. 17.* Filius *Job. I. 18.* XVI. 14. In primis Spiritus s. 2. *Petr. I. 21.* *i. Cor. II. 13.* *Rom. XV. 18.* Et maxime quidem in gratiam illorum, quibus scriptura est principium Theologiæ, &c., qui Theologia cathechetica jam imbuti, credunt verbo divino, recte ex ipsa scriptura demonstratur, quod & quomodo illa à Deo sit profecta. *Act. XVII. 11.*

II. Docet hoc PAULUS *2. Tim. III. 16. 17.* ubi

α) Subjectum est πᾶσα γένεθλι tantum, non simul θεόπνευστος, quod prædicatum est, copula καὶ sequentibus junctum. Sic omnes habent codices, unico tantum excepto, in quo pro: καὶ, legitur: εἰπώ. Cujus tamen nulla habenda est ratio, docente GERH. von MASTRICH in Proleg. N.T.

β) πᾶσα γένεθλι non quamcunque, vel omnem, (uti voc. πᾶσα accipitur *Jac. I. 17.*) sed sacram denotat scripturam, iēgā γεννημata vers. 15. dictam, quæ Judæis & christianis erat canonica, à pueritia discenda & erudiens ad salutem per fidem in Christum. Eamque totam. Quo sensu πᾶσα legitur *Mattb. VIII. 32.* Maxime quidem libros veteris testamenti, quos

Timo-

5.

25

24.

23

22

21

6

20.

7.

8.

9.

10.

11.

13.

12.

...

Timotheus inde à pueritia noverat : tum vero illos quoque N. T. libros, qui eo tempore scripti, nec Timotheo plane ignoti, quemadmodum Petrus habuit notitiam epistolarum Paulinarum, 2. Petr. III. 16. Conf. RUMPAEI Comm. crit. ad N. T. libros in genere, p. 13. 27. 121. H. R. MAERTENSII vindicia doctrine de divina sacrarum literarum inspiratione, p. 130. Cæterum, cum de toto systemate loquitur apostolus, singulos quoque intelligit libros omnesque illius partes.

γ) Divinam scripturæ originem probat 1.) voc. θεόπνευ. 505, divinam significans inspirationem, de qua deinceps plura. 2) Efficacia & utilitas ad supernaturales & salutares effectus producendos, coll. v. 15.

III. Idem PETRUS confirmat 2. Petr. I. 19. 20. 21. Ubi
α) Verbum Propheticum v. 19. ipsos libros, in primis V. T. significat, à Prophetis scriptos, quos habebat ecclesia, indeque Prophetia scripturæ dictum, vers. 20.

β) Illius divina origo afferitur negative, vers. 21. Ubi voluntas hominis naturale significat studium hominis sibi relieti, & prophetias ex se ipso fingentis, ut aranea telas, quod pseudo prophetarum proprium. Conf. Job. I. 12. Et positive,
1) nomine *prophetæ* & *prophetici* verbi, quod Deum arguit auctorem, per Prophetas locutum de futuris contingentibus, finito intellectui ignotis, Luc. I. 70. 1. Petr. I. 10. II. 2) Firmitate verbi, ipsum oraculum Thaboriticum (Matth. XVII. 5.) superante. Non quidem *absolute*. Nam per se oraculum Thaboriticum æque firmum est ac verbum propheticum, ab eodem auctore profectum: sed *respectu* Judæorum, ad Christum conversorum, & de divina verbi prophetici origine jamdudum & plene conuictorum. 3) *Obligatione* ad verbum legendum eiusque obsequendum, ὁ καλῶς ποιῆτε προσέχοντες. 4) Divina efficacia salutarem producendi effectum, illuminationem fidei. 5) *Impulsu* Spiritus s. prophetas agitante, vers. 21. Qui in scriptione (non præsentem modo, sed futuram quoque ætatem, adeoque omnes hujus universi homines, de rebus gravissimis

mis erudiente) æque, vel omnino magis necessarius, quam in orali institutione.

IV. Divinam Scripturæ originem comprobat auctoritas CHRISTI, veteris testamenti libros tanquam principium fidei & salutis commendantis, Job. V. 30. illisque doctrinam suam confirmantis, Luc. XXIV. 44. 45. &c contra diabolum Matth. IV. 7. 10. aliosque adversarios fortiter pugnantis. Matth. XIX. 4. XXII. 29. 31. sq. XV. 4. 6. 7. Luc. X. 26. De libris N. T. observa promissiones, Matth. X. 19. 20. Job. XIV. 16. 17. XVI. 12. 13. seq. Act. I. 8. iterum in scriptione æque ac orali institutione implendas.

V. Est vero scripturæ à Deo ratione 1) *inventionis*, 1. Cor. II. 7. Act. XX. 27. 2) *mandati*, Exod. XVII. 14. Jes. XLIII. 12. XXX. 8. Jer. XXX. 2. XXXVI. 2. 28. 32. Apoc. I. II. 19. &c. Hab. II. 2. 3) *revelationis & inspirationis*.

§. V.

RÉVELATUM.

I. Non generali per naturam, Rom. I. 19. sed speciali & supernaturali revelatione. 1. Cor. II. 10. 1. Petr. I. 12. Psal. CXLVII. 19. 20. Amos III. 7. Cujus objectum sunt res ante aignotæ, modi autem varii. Ebr. I. 1. Quorum aliqui recensentur Num. XII. 6. 7. 8. Plures explicantur ab H. WITSIO in *Miscell. S. Libr. I. c. 3 seq* J. G. CARPZOVIO in *Intro d. ad libros can. V. T. P. 3 p. 14. seq.* & in *Critica S. p. 38.*

II. Necesse tam atque existentiam hujusmodi specialis revelationis homo christianus ex testimonio Spiritus S. credit. Ps. CXIX. 38. 152. Ebr. XIII. 9. 1. Job. II. 27. Easdem docet naturalis luminis ad cultum Dei & salutem imperfectio, cum summa Numinis benignitate atque gloria comparata. Ps. CXIX. 50. 92. Inde omnes fere gentes moratores de divina gloriantur revelatione.

B

III. Chæ.

5.

23

24.

23

22

2

6

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

DFG

III. *Characteres divinæ revelationis sunt 1) Veritas*, ut nihil afferat, sanæ rationi contrarium, sed natura nota confirmet, nullaque in parte erroris, vel contradictionis, jure accusari possit. 2) *Perfectio*, ut defectum luminis naturalis suppleat, pleniorē & accuratiōrem suppeditan̄ notitiam de Deo, mundi, hominis & peccati origine, de totali hominis corruptione, satisfactione modoque gratiam Dei sibi conciliandi, morte denique beatā & vita æterna. 3) *Convenientia*, sive *convenientia cum divina maiestate Deique attributis*, in verbis pariter & rebus, denique & modo promulgationis & conservationis. 4) *Universalitas*, ut omnibus sit facta, vel destinata, omnibusque, si ipsam religionis substantiam spectas, accommodata eorumque saluti inservire possit. 5) *Antiquitas*. De qua infra plura.

§. VI.

ATQVE INSPIRATUM.

I. *Jnde Scriptura dicitur Θεόπνευστος*, 2. Tim. III. 16. ipsique scriptores sacri Φρέγομενοι απὸ τῶν πνευμάτων δύο 2. Petr. I. 21.

II. *Est vero inspiratio divina immediata suggestio eorum, quæ vel ore proferenda, vel literis erant confignanda. Hæc est emphasis voc. Θεόπνευστος*, ex Θεος & πνέω, *flo*, *spiro*, compositi. *Jdem Matib. X. 19.* volunt verba: *Dabitur vobis. Conf. Act. II. 4. Jer. XXX. 2. XXXVI. 2. 4. 6. 16. 17. Apoc. II. 1. 8. 12. 18. III. 1. 7. 14. XIV. 13. Ies. XXI. 10. Hab. II. 2. Ies. LI. 16. Jer. I. 19.* Cum inspiratione in voluntate conjunctus fuit *motus atque impulsus divinus* ad ea fideliter proferenda, quæ intellectui spiritus suggesterat. *Jnde scriptores sacri dicuntur Φρέγομενοι, impulsū a Spiritu S.* 2. Petr. I. 21. *Quo sensu hoc verbum occurrit Act. II. 2.* sonus tanquam *agitati flatus* vehementis. *Et Marc. XV. 22. Exempla vid. Jer. XX. 9. Act. XVIII. 5.*

III. *Donum inspirationis non fuit perpetuum*, 2. Reg. III. 15. Matib. X. 19. 20. Num. XI. 25. in fonte. *Jnde errare potuerunt Prophetæ sibi relicti*, 2. Sam. XI. 3. 4. *Et scriptoribus sacris*

cris inspiratio divina hac vice tantum in actu scribendi asseritur. *Scriptura dicitur θεόπνευστος* 2. *Tim. III. 16.* & verbo propheticō scripto divina vindicatur origo, 2. *Petr. I. 19.* *Conf. Rom. I. 2.* & specialia exempla *Jeremia, Habakuki & Jobannis*, repeate ex numero antecedente.

IV. Nec illud simpliciter excludit diligenter rerum gestarum inquisitionem, *Luo. I. 3.* vel sacrarum literarum studium. *Dan. IX. 2.* 2. *Tim. IV. 13.* *Inspiratio enim differt a revelatione arcanorum, & quo ordine, quibus verbis, singula, licet jam ante cognita, proponenda fuerint, edocuit.*

V. Nec denique tollit dona naturalia. Inde styli diversitas, Spiritu S. ad genium & affectus scriptorum sacrorum sese accommodante.

VI. Obiectum inspirationis universa est scriptura canonica. 2. *Tim. III. 16.* Speciatim

a) Libri V. T. omnes, a Judaeis recepti, Pf. CXLVII. 19. *Rom. III. 2.* *Job. V. 39.* *Luc. XXIV. 27. 44.* 2. *Petr. I. 19.*

*b) Omnes libri N. T. ab iis conscripti autoribus, quibus donum revelationis & inspirationis promissum, *Math. X. 19 20.* *Job XVI. 13. 14. 15.* vel, qui illorum fuerant comites individui, & scriptores ab ipsis apostolis approbati, evangelistae *Marcus & Lucas*, teste *EUSEBIO Hist. eccl. Lib. II. c. 15. 16.* & *Lib. III. c. 4. 24.* adeoque ad τας ἐναγγελισμένας πνεύματα αγίων. *I. Petr. I. 12.* merito referendi. *De PAULO vid. 2. Petr. III. 15.* *1. Cor. II. 12. 13.* *VII. 40.* *XI. 23.* 2. *Cor. II. 17.* *Rom. XV. 18.* *Gal. I. 12.* 2. *Cor. XIII. 3.**

c) Res omnes, minima maxima, mysteria & naturalia, antea quoque scriptoribus sacris nota. Quamvis enim non in omnibus opus fuerit revelatione ad sciendum: necessaria tamen fuit inspiratio ad scribendum, ut absque errore, justo ordine & loco verbisque, sensum Spiritus s. accurate exprimentibus, singula proponerentur.

*d) Indeque, ipsa quoque verba Scripturarum a Spiritu s. inspirata esse, consequitur. 2. *Tim. III. 16.* *Math. X. 19. 20.* *Act. II. 4.* *1. Cor. II. 13.* *Rom. XV. 18.* *Jer. XXV. 13.* Et nota finem scripturarum,*

quæ absque verborum inspiratione divinæ certæque & infallibilis regulæ dignitatem tueri nequit. *i. Cor. II. 4.* Exempla specialia jam supra num. 2. adducta sunt.

2) Cumque in textu Ebræo verba absque vocalibus non sunt integra, nec absque illis & accentibus (à quibus præterea sè pissime pendet vocalium mutatio) sole literæ sensum ubivis fundunt certum, adeoque de mente divina constare nequit, nisi, vocales quoque & accentus à Deo inspirata esse, credamus: tutiorem illorum (*Judeorum in primis omnium, excepto unico ELIA Levita, sec. XVII. doctore*) sententiam esse statuimus, quæ vocalibus quoque & accentibus divinam tribuit originem. Christus certe *Mattb. V. 18.* οὐαὶ nomine non apices literarum essentiales & constitutivos, unam ab altera discernentes, (quippe quibus pereuntibus, ipsa perit litera, quam tamen non perituram jam ante dixerat,) sed aliquid quid, à litera diversum, intelligit, h. e. puncta vocalia & accentus. Adeoque, illa jam sua ætate in sacro codice extitisse, docet, iisdemque ex speciali Dei providentia perennitatem promittit. Quæ de divina illorum origine haud obscure testantur. Plura dabant BUXTORIUS, CALOVIUS, WASMUTHUS, LÖSCHERUS, à CARPOVIO laudati in *Critica s. vet. test. p. 243.* Ad d. DAN. WEIMARUS de usu accentuationis biblica. Idem de minoribus textus græci N. T. distinctionibus, accentibus & spiritibus, statuunt viri doctissimi, aliis tamen negantibus. Vid. RUMPAEI *Comm. crit. ad libros N. T. in genere p. 160. seq.*

3) Variantium lectionum codicis ebræi (קְרִין וּכְתִיבָן) non utraque, sed alterutra tantum, divinæ est originis. Et textualem quidem, seu *Cetif*, ab ipsis Judæis antiquioribus quoad literas (nobiliorem vocis partem) in textu, tanquam loco nobiliori, expressam, semper retinendam suisque ornandam esse punctis, arbitramur, ubi commode fieri potest, nec evidens obstat ratio. Vid. CARPOVII *Critica s. p. 1. c. 7.*

§. VII.

A SANCTIS AUTEM DEI HOMINIBUS

I. Ita dicuntur sacri scriptores 2 Petr. I. 21. licet non omnibus caruerint naves, in sacro codice obviis. Conf. 2. Cor. IV. 6. 7.

II. Libros V. T. à prophetis scriptos esse, Petrus docet 2 Petr. I. 19. verbum vocans propheticum. Add. 1. Petr. I. 10. II. 12. Rom. I. 2. XVI. 26. licet nonnunquam Prophetæ sensu strictiori opponantur Mosi, Luc. XVI. 29. Mosi & Psalmis, seu toti hagiographorum volumini, Luc. XXIV. 44. Erant vero Prophetæ non solum publici ecclesiarum doctores & scripturarum præcōnes, 1. Cor. XI. 5. 22. 24. 29. 31. 32. 37. Sed vi vocis rerum futurarum præcōnes, Rom. I. 2. 1. Petr. I. 10. II. Amos III. 7. vel, sensu generaliori, amici atque familiares Dei, Gen. XX. 7. coll. Jac. II. 23 ad Deum precibus efficacissimis, Jac. V. 17. Gen. XX. 7. Jer. XXVII. 18. ex Deo ejusque mandato, revelatione atque inspiratione, Amos III. 7. Num. XII. 7. de Deo rebusque divinis ad alios loquentes, Ebr. I. 1. vel scribentes. Vide loca, §. III. n. 2. & §. IV. n. 5. adducta, & CARPOVII Introd. ad libros can. V. T. P. 3. cap. I.

III. Libri N. T. ab evangelistis & apostolis scripti sunt. Et quidem a) Evangelistæ vi vocis generatim dicuntur præcōnes læti de christo ejusque merito nuncii, Act. V. 42. Sensu strictiore apostolorum erant coadjutores & legati ad diversas ecclesiias, nulli particulari adstricti. Eph. IV. II. Quales Philippus Act. XXI. 8. Timotheus 2. Tim. IV. 5. Act. XIX. 22. & Titus, Tit. I. 5. Tales quoque Marcus, Petri comes, 1. Petr. V. 13. Vid. EUSEBIUS Hist. eccles. Libr. II. c. 15. 16. & Lucas, Pauli socius, Act. XVI. 10. Col. IV. 14. 2. Tim. IV. 11. attestante EUSEBIO I. c. Libr. III. c. 4. 24. evangeliorum & actuum apostolicorum scriptores. Junguntur duo apostoli, Matthæus & Johannes, à libris historicis, res Christi enarrantibus, & evangeliorum nomine insignitis, Marc. I. 1. dicti evangelistæ. b) Apostoli non sensu generali qui-

cunque legati, evangelii causa alio missi, qualis Epaphroditus, *Phil.* II. 25. aliquique 2. *Cor.* VIII. 23 sed primi ordinis fuerunt doctores, 1. *Cor.* XII. 28. immediate ab ipso Christo vocati atque instituti, *Matth.* X. 1. *Aet.* I. 24. IX. 4. sq. *Gal.* I. 1. II. 12. testes Christi oculati, *Aet.* I. 21. 1. *Cor.* IX. 1. in universum alegati mundum, *Matth.* XXVIII. 19. 2. *Cor.* XI. 28. donis plane extraordinariis praediti, *Aet.* II. 3. 4. 2. *Cor.* XII. 12. 1. *Cor.* IV 5. 1. *Tim.* I. 20. *Aet.* V. 3. - 10. XIII. 11. *Matth.* X. 1. *Aet.* VIII. 15. promissionem denique habentes θεοπνευστας *Matth.* X. 19. 20. &c. Vid. JOACH. LANGIUS de Vita & epist. Pauli. sect. I. c. 3. §. 3. SPANHEMIUS de apostolis & apostolatu. Ex his *Paulus*, *Petrus*, *Jobannes*, *Jacobus*, *Judas* & *Mattheus*, scriptis inclarerunt, in sacrum codicem relatis.

IV. Scriptores sacri magnam quidem partem fuerunt idiotae atque illiterati, *Aet.* IV. 13. *Amos* VII. 14. pauci humana eruditione instructi, *Aet.* VII. 22. XXII. 3. omnes tamen in ipso scribendi actu ob divinam immediatamque inspirationem errare prorsus nescii, *Job.* XVI. 13. 1. *Thess.* II. 3. 1. *Job.* IV. 6. 2. *Petr.* I. 19. Ne dicam, quod etiam absque divina inspiratione multarum rerum accuratam notitiam sibi comparare potuerint. *Luc.* I. 2. *Job.* XIX. 35. 1. *Job.* I. 1. *Aet.* XXVI. 26. 1. *Cor.* XV. 5. - 8. 2. *Petr.* I. 16. Qui & divinitus inspirata accurate percepérunt, *Aet.* II. 4. 13. 15. XXVI. 24. 25. *Luc.* I. 3. non instar Afinæ Bileami loquentes, vel scribentes. Et certis atque indubitatis indicis de divina revelatione atque inspiratione ipsi met fuerunt convicti. *Aetor.* XVI. 10. 1. *Cor.* II. 12. *Pf.* XLV. 2. 2. *Sam.* XXIII. 2. visibili atque miraculosa Dei apparitione, *Exod.* III. 2. 3. immediata vocatione & promissione inspirationis, *Jer.* I. 5. - 9. *Matth.* X. 1. 19. 20. promissione miraculorum, *Matth.* X. 1. complemento revelationum *Exod.* III. 12. *Jerem.* XXXII. 6. 7. 8. *Aet.* X. 20. 28. 29. XI. 11. interna denique operatione Spiritus s. *Jer.* XX. 9. *Aet.* XVIII. 5. Aliis quoque easdem probarunt atque persuaserunt, miraculis *Exod.* IV. 5. 8. *Num.* XVI. 28. seq. dono linguarum 1. *Cor.* XIV. 22. complemento vaticiniorum & promissionum *Exod.* XIV. 13. 31.

V. Præte-

V. Præterea in sacris scriptoribus summa deprehenditur animi *sinceritas*, ad ea, quæ accurate perceperant, fideliter reddenda illos impellens, omnemque fucum ac imposturam excludens, 2. Cor. II. 17. Elucet illa 1) Ex singulari, qua claruerunt, vitæ sanctitate justitiæque studio, 1. Cor. XV. 15. Act. IV. 19. 20. V. 28. 29. 2) Ex proprietatum nævorum atque vitiorum recensione, Exod. IV. 10. 14. Num. XX. 12. Jona I. 9. sq. 1. Tim. I. 13. &c. 3) Ex perfecta hujus seculi abnegatione, in illis conspicua. Qui vitæ hujus commoda parum curantes, folius Dei gloriam veramque proximi salutem unice quærebant, maximis se ipsos exponentes periculis, immo mortem exoptantes. Quæ omnia tamen, omissa, si quæ subsuisset, fraude, evitare, mundique contra voluptatibus secure frui potuissent, Phil. III. 4 sqq. Ebr. XI. 24. 25. 26. 35. Act. X. 25. 26. XIV. 13. 14. 1. Cor. I. 12. sqq. 4) Ex perpetuo & constanti omnium scriptorum consensu, in tanto illorum numero, si falsa propondere voluissent, haud facile possibili, ubi saltem unus, vel alter, calamitatum tormentorumque vehementia, vel spe lucri, ad fraudem detegendam adigi poterat. 5) Ex indefesso studio legibus, a se traditis, semet ipsos conformandi, licet carni maxime ingratis, 1. Cor. IX. 27. contra falsi doctoris morem & indolem, Matth. XXIII. 4. 6) Ex methodo disputandi cum adversariis ex propriis eorundem principiis, concessâ illis simul libertate dogmata sua secundum illa ipsa principia accurate probandi atque examinandi. Jes. XXXIV. 16. Act. XVII. 11. 23. 28. 29. Act. II. 16. 25. sq. IV. 19. 20.

VI. Licet quorundam scriptorum nomina ignoremus, quorum libri ab objecto denominantur, v. gr. Libri *Judicium*, *Regum*, *Chronicorum* &c. generali tamen Prophetarum nomine comprehenduntur 2. Petr. I. 19. Epb. II. 20. Matth. XI. 13. *Geopneustici* præsupponente. Quam præterea ex aliis criteriis cognoscere licet, quemadmodum principis mandata agnoscimus omnique suscipimus, veneratione, licet scribam ignoramus.

VII.illos

VII. Illos autem veros esse librorum sacrorum scriptores, quorum nota sunt nomina,

N) Pro articulo quidem fidei stricte sic dicto haberi nequit, cum & , *Onesimum*, *Philemoni* Pauli epistolam offerentem, ejusque simul autorem indicantem, articulum fidei docuisse, totamque ecclesiam quorundam fidei articulorum notitia carere, immo, neque scripturam, neque traditionem, omnes fidei articulos docere posse, dictu absonum est.

D) Nec tamen temere negandum est, sed tanquam veritas historica absque hæsitatione credi potest ac debet, licet non ex sola traditione orali, sed 1) ex librorum inscriptiōnibus atque initiis, quibus autorum nomina exprimuntur, nulla ratione haec tenus falsi convictis, v. gr *Prov.* l. 1. *Eccles.* l. 1. *Cant.* l. 1. *Jes.* l. 1. *Rom.* l. 1. *Apoc.* l. 4. &c. 2) Testimonio ipsorum scriptorum, quilibros, a se scriptos, sibi vindicant certisque interdum notis distingunt, *Deut.* XXXI. 9. 24. *Jer.* XXXVI. 32. 2. *Theff.* III. 17. *Apoc.* XXII. 8. *Job.* XXI. 20. 24. *Gal.* V. 2. 2. *Cor.* II. 3. 4. 9. *Philem.* vers. 9. Huc pertinet structura sermonis, cum in prima persona de se ipsis loquuntur illi, quibus in principio libri sacri tribuuntur. *Jes.* VI. 1. *Jer.* I. 4. 3) Auctoritate Christi *Marc.* II. 26. *Job.* V. 46. 47. *Matth.* XV. 7. XXII. 43. XXIV. 15. aliorumque scriptorum *Deuter. v. 15. v. 10.* *Matth.* VIII. 17. *Act.* XV. 21. *Rom.* XI. 9. IX. 25. 27. 29. X. 5. *Matth.* II. 17. *Act.* II. 16. 2. *Petr.* III. 15. 16. 4) Testimonio ecclesiæ Iudaicæ de libris V.T. cui ipsa autographa prophetarum concredita. 5) Consensu Patrum primitivæ ecclesiæ christianæ, qui itidem authenticas apostolorum literas viderunt, ipsis non dissentibus infidelium scriptoribus. 6) Denique ex eo, quod nihil in his libris, sive rem ipsam spectes, sive sermonem modumque loquendi, occurrat, a genio, vel ætate auctorum alienum.

VIII. Ex dictis patet etiam, sacros scriptores eo vixisse tempore, quo vixisse perhibentur. Veteris nempe Testamenti ante Christum natum, novi autem post illum, Seculo abhinc

hinc 18. Pluribus hæc omnia confirmant P. D. HUETIUS in Demonstratione Evangelica, A. CALOVIUS in Bibliis illustratis, JAC. ABBADIE de Verit. & certitudine relig. Christ. S. C. HOLLMANN in dem überzeugenden Vortrag von Gott und der Schrift.

IX. Licet scriptores sacri non semper (Interdum hoc factum esse, ex Job. XXI. 24. Gal. VI. II. Ep. ad Philem. 19. &c. constat) propria libros suos consignaverint manu; sed interdum amanuensium opera usi sint, Jer. XXXVI. 32. Rom. XVI. 22. hoc tamen non obstat, quo minus pro auctoribus habeantur secundariis. Sufficit, quod ipsis divinitus fuerint inspirata, quæ aliis in calamum distarunt, & quod quis per alium facit, per se fecisse putetur. Conf. RVM PÆI Comm. de libris N. T. in genere. p. 247.

§. VIII.

LITERIS.

I. Libri V. T. omnes & integri ex inspiratione divina scripti sunt: 1) Literis ebræis, hodie in codicibus Judæorum obviis, licet olim paulo rudioribus minusque elaboratis, ut ex antiquissimis manuscriptis & nummis apud DEYLINGIUM Observ. Sacr. P. 3. p. 175. patet. 2) Idiomate ebræo, exceptis quibusdam Chaldaicis in Esra, Daniele & Ier. X. u. aliisque exoticis, à PFEIFFERO in dubiis vexatis, & ANDR. MÖLERO in Glossario sacro expositis. Prob. 1) Antiquissimo usu literarum & linguae ebrææ, Judæis (in quorum usum V. T. ab ipsis Judæis scriptum est) eo tempore vernaculae, à JOH. BUXTORFIO in Diff. Philologico Theologicis, V. E. LÖSCHERO in Tr. de causis linguae ebreæ, CARPOVIO in Critica s. aliisque asserto. 2) Testimonio ecclesiæ Judaicæ, cui divina oracula concredita, Rom. III. 2. 3) Ipsiis Scripturæ phrasibus, ut paronomasis, Gen. IX. 27. Jes. V. 7. acrostichis Psal. CXIX. &c. Vid. SCHOMERI Colleg. noviss. controversial. p. 104.

II. Libri N. T. omnes & integri ex inspiratione scripti sunt literis & idiomate græcis, exceptis quibusdam exoticis,

C

à PFEIF-

¶ PFEIFFERO in append. Dubior vexat. OTH GUALTERIO in *Sylloge vocum exoticarum*, & JOH. OLEARIO in diff. de *stylo N. T.* explicatis. Prob. 1) Universali usū linguae græcae, in omnibus fere gentibus, per scripturam informandis, receptæ, teste CICERONE in *Orat. pro Archia*, cap. 10. ideoque huic fini aptissimæ. Conf. HEUMANNI *Conspicitus reipubl. liter.* Cap. IV. § 11. 2) Autoritate primitivæ eccl. sive Christianæ, quæ ex ipsis apostolorum & evangelistarum manib[us] autographa accepit, TERTULLIANI ævo adhuc integra, quod ipse refert in *Libr. de prescript. heret.* 3) Versionibus antiquissimis, ipsa quoque Syriaca, ex græco textu derivatis. 4) Græca interpretatione vocum ebraearum, *Mattb. I. 23. XXVII. 33. 46. Ebr. VII. 2.* Quæ certe Matthæo & Paulo, si ex inspiratione ebraice scriperunt, tribui nequit, ideoque humanae erit originis, cuiusmodi quid in canone biblico admittere nefas est. 4) Providentia divina, quæ, verba originalia perire solas versiones conservari, haud potuit permettere.

III. Quæ hic disputantur de Pentateucho & literis Samaritanis, de Evangelio *Matthei* ebraico, de *Marci* latino, *Lucae* & *Johannis* Syriaco, & de ep. *Pauli* ad *Ebraeos*, iterum Ebraice scripta, in compendio exhibent PFEIFFERUS & CARPZOVIUS in *Crit. S. J. W. RUMPAEUS* in *Comm. crit. ad libros N. T. in genere. p. 81. seq.*

§. IX.

STYLOQUE SINGULARI CONSCRIPTUM.

I. Quæ in *stylo* Scripturæ laudanda sint, exponunt GLASIUS in *Philologia Sacra Lib. I. rr. 3.* LÖSCHERUS de *Causis lingue ebraæ Lib. 3.* RAMBACH in *Hermen. S. Lib. I. c. 2. §. 7. seq.* ROB. BOYLE in *Comm. de Stylo Scripturae*, quæ inter reliqua ejus opera selecta, germanico idiomate impressa, extat p. 31. seq. & ANT. BLACKWALLUS in *defensione autorum sacrorum classicorum*. Laudant illi, explicant & vindicant styli biblii certitudinem, simplicitatem cum majestate conjunctam

etiam

Etiam, efficaciam, evidentiam, plenitudinem cum brevitate connexam, cohærentiam, sanctitatem, verecundiam & castitatem, proprietatem seu idiotismos, elegantiam & sapientiam. Agunt de stylo propheticō, de stylo N. T. in genere, de stylo Pauli, Johannis aliorumque scriptorum sacrorum proprio.

II. Maxime in Scriptura notanda est peculiaris quædam & sacra dictionis forma, materiæ evangelicæ accommodata, vocabulis & phrasibus sensum tribuens evangelicū, profanis scriptoribus plane ignotum, quia res ipsas, verbis illis expressas, ignorarunt. Exempla vide in GLASSII Phil. S. p. 279. OLEARII disp. de stylo N. T. sect. did. m. 4. RAMBACHI Herm. S. p. 285. 581.

III. De diversitate styli biblici, ex diversitate rerum & ingeniorum atque temperamentorum in scriptoribus sacris orta, vid. GLASSIUS Phil. S. p. 279. RAMBACH in Herm. S. p. 431. Quæ tamen inspirationem divinam non evertit. Spiritus S. non tollit naturam, sed sanctificat, & in suggestis verborum conceptibus sese ad indolem & conditionem amanuensium attemperavit, non secus, ac ventus ejus, quem in organo subit, canalis constitutioni accommodatur. Qua similitudine veteres jam usi sunt, eodem referente RAMBACHIO l. c.

IV. Præterea in N. T. verbis pariter & phrasibus Chaldeo Syriasmos, Persismos, Rabbinismos, Latinismos, & maxime Ebraismos, pure Græcis vel plane ignotos, vel admodum raros, observare jubent J. H. OLEARIVS l. c. aliisque, à RVMPTÆ o laudati l. c. p. 65. sq. ubi etiam exempla recensentur. Sunt tamen, qui contrarium asserunt, in primis Ebraismis infensi. Ex quorum ordine præcipue C. S. GEORGII Vindictæ N. T. ab Ebraismis notandæ sunt, Ao. 1732. in lucem emissæ, sed ab aliis quoque sub censuram vocatæ. Antiquiores recenset RVMPTÆ VS l. c. p. 62.

V. Si barbarismos & solecismos dixeris voces phrasesque
C 2 peregrini.

24.

23.

22.

2.

6.

29.

7.

8.

9.

7.

11.

13.

12.

11.

peregrinas, ex aliis linguis assumtas: quin illos in scriptura admittamus, nihil obstat. Ubi vero vicia intellexeris, in vocabulis illarumque constructione ex ignorantia commissi, quo sensu vocabula illa à grammaticis accipi solent: absque injuria in Spiritum sanctum, scripturæ autorem, admitti nequeunt. Nec salva veritate, hoc fieri posse, præter OLEARIUM l. c p. 89. seq. STOLBERGIUS docuit in Tr. de Barbarismis & Solœcismis N. T. exempla, in controversiam adducta, vindicans egregie. Quod etiam qua V. T. & speciatim Jeremie vaticinium, contra A BARBENELEM & R. SIMONIUM præstitit DANZIUS in Tr. Sinceritas scripture prævalente Keri, vacillans, S. 31. sq. altero de sinceritate scripture, prævalente Ketif, eluctante.

§. X.

SENSU VERO GAUDENS LITERALI
ET MYSTICO.

I. Formam Scripturæ internam dicunt sensum illius *Deo. πνευτού*. Quo nomine intelligitur id, quod sentit auditor, seu *conceptus divini intellectus* (Act. XX. 27. 1. Cor. II. 16 coll. GLASSII Pbil. S. p 305.) de rebus, in scripturæ revelatis, scriptione nobis communicatus, quantum ad salutem sufficit. In Deo enim conceptus de rebus divinis longe est perfectior, sublimior & amplior, quam quidem verbis exprimi, vel à finito intellectu capi potest. Ergo tantum modo de conceptu divino nobiscum communicari potuit per scripturam, quantum ad salutem sufficit, Rom. XI. 33. 34.

II. Proinde tum demum verum Spiritus S. & Scripturæ sensum habemus, quando mentis nostræ conceptus conformes sunt conceptibus Spiritus S. scriptura expressis.

III. Nec tamen verba scripturæ desinunt esse verbum Dei, licet verum illorum sensum non percipiat homo, & speciatim Theologus. Nam ipsum quoque materiale Deus inspiravit. Quod, ubi integrum absque mutatione memoria tenetur, vel proponitur, verum Spiritus S. conceptum menti auditoris instillare potest, licet ipse illum non percipiat doctor. Sensus Spiritus S. tanquam forma Scripturæ, à verbis, in fe

se spectatis, (tanquam *signis* conceptuum divinorum & mediis, illos menti nostrae instillantibus) separari non potest, licet separatus sit ab homine, illum non capiente.

IV. Quia Spiritus S. conceptus mentis suæ in scriptura nobis revelavit vel immediate per *verba*, vel per *res*, verbis significatas: inde nata est distinctio sensus *literalis* & *mystici*.

V. Sensus *literalis* (á *litera* dictus, synecdochice integrum vocem denotante) est, quem Spiritus S. immediate verbis expressit. Et plerumque quidem in prima, propria & nativa significatione acceptis, ut Gen. 1. 1. Nunc vero figuratis, seu tropo aliquo affectis, *metaphora*, *metonymia*, *synecdoche*, *ironia*, ut Num. XXIV. 17, Luc. XVI. 29.

VI. Quilibet locus Scripturæ habet certum ac definitum sensum *literalem*. Qui ergo maximo in pretio habendus & solicite eruendus est. Absonum esset dictu, Spiritum S. adhibuisse verba sine intentione & mente.

VII. Idemque sensus *literalis* unius ejusdemque vocis & propositionis biblicæ non nisi unicus est. Prob. 1) Scripturæ perspicuitate, certitudine & fine. 2) Eph. IV. 5. Ubi una fides, etiam objectiva, hoc est doctrinæ salvificæ systema. Si vero plures ex intentione Spiritus S. sensus dantur literales: tot erunt systemata, quot scripturæ sensus. 3) Quod nulla ratione demonstrari possit, Spiritum S. multiplicem sensum *literalem* hic & nunc simul intendere. Alia est ratio diversarum vocum, ut Matth. VIII. 1. 22. vel diversarum propositionum, ut Joel II. 13.

VIII. Prima, propria ac nativa vocum significatio non semper gignit sensum, menti Spiritus S. conformem. Luc. XIII. 32. Matth. XVIII. 8. 9. Atque hoc in casu dicitur sensus *literæ*, literali opositus,

IX. Nihilo tamen minus semper illa, in primis, ubi articulus fidei ex professo traditur, arte tenenda, nec deferenda unquam est, nisi analogia fidei obstet, vel alia evidens ratio. Prob. 1) Quia vel hominem quemvis prudentem & honestum,

nestum, (multo magis ipsum Spiritum S.) qui ab omnibus vult intelligi, & sepius quidem de rebus jamdudum præteritis, nec aliunde cognoscendis, immo, ad æternam omnium hominum, non eruditorum solum, sed etiam infantum, salutem scitu necessariis, differentem, propriam potius vocum significacionem retinuisse, quam sine ratione allegorias sectatum esse, obscuras plerumque & ambiguas, ideoque ad mentis suæ conceptus aliis declarandos minus aptas, credere par est.

2) Si in interpretatione, repudiato literæ sensu, citra necessitatem & absque ratione evidente allegorias & mysteriis captamus: non solum perpetuae dubitationi, sed præsentissimo etiam errandi periculo nos exponimus.

X. Ad sensum *literalem* pertinent etiam, quæ legitima consequentia ex verbis deducuntur. *Matth. XXII. 31. 33.*

XI. Ex sensu *literali* præcipue firma ac solida petuntur argumenta ad fidei morumque doctrinam probandam, cum ipse Spiritus S. loquitur *assertive*.

XII. *Sensus mysticus* dicitur conceptus divinus, non immediate per verbū scripturæ, sed per res, verbis scripturæ expressis, (Jnde Ebr. VII. 3 Melchisedek, Ebr. IX. 9. tentorium, I. Petr. III. 21. aqua, sunt typi) indicatus. Ut *Exod. XII. 46.* verba loquuntur de agno paschali. Res ipsa vero, agnus paschalis ejusque ossa illæsa, Christum significant, cujus ossa non erant frangenda, *Job. XIX. 36. I. Cor. V. 7. Jta Num XXI. 9.* verba agunt de æneo serpente ejusque unctione & adspexit inde orta sanitatem corporali. Res ipsa, æneus serpens, ejusdem unctionis & adspicere cum sanitatem corporali, inde orta, denotant Christum, in cruce exaltandum fideque recipientem, indeque oritur beatitudinem spiritualem. *Job. III. 14. 15.* Cum vero, per antitypum ipsam scripturam *impleri*, dicitur *Job. XIX. 36.* vel, ipsam scripturam *dicere*, quæ sensus mystici nomine appellamus, *I. Cor. IX. 8. 9.* ergo hic quoque erit scripturæ sensus, & nonnulli in hujusmodi locis tribuunt illi sensum *semiplenum* & *plenum*, quod Spiritus S. verbis scripturæ rem quædam proponens, mente nostra altius assurgere, &, verba

ba legentes, per res, verbis expressas, sublimius quid cogitare nos velit. Vid. SCHERZERI *Syst. Theol.* p. 25.

XIII. Sensus ille *mysticus* non est nuda & præter intentionem Spiritus S. facta accommodatio sensus literalis ad aliud objectum. Sed est verus sensus, seu conceptus Spiritus S. per res, verbis expressas, indicatus. *Ebr. IX. 8. 9. 10. Deut. XXV. 4. coll. I Cor. IX. 8. 9. 10. Add. Gal. IV. 24. I. Petr. III. 21. Job. XIX. 36. Ebr. VIII. 5. X. 1.*

XIV. Quemadmodum peccant, qui sensui mystico nimis angustos constituant limites, vel illum plane eliminant, contra aperta scripturæ dicta, numero præcedente adducta: Ita quoque cavendum est sedulo, ne ubique sensum mysticum venemur, literalem vel plane repudiantes, vel saltem parum curantes. Non agnoscamus sensum mysticum verum & genuinum, nisi ab ipso Spiritu S. in scriptura explicatum, vel certis signis indicatum. Quid enim vere intenderit Spiritus S. non aliunde, nisi ex ipsa scriptura nobis innotescere potest. Conf. 2. Petr. I. 20. RAMBACHII *Herm. S. Lib. I. c. 3. §. 12. 13. & Comm. de Criteriis sensus mystici.*

XV. Sensus mysticus tum demum est argumentatus, si verus fuerit & genuinus, Gal. IV. 22. Joh. III. 14. 15. Matth. XII. 40. I. Cor. IX. 8. 9. 10. I. Petr. III. 21. Plura de sensu scripturæ vid. in GLASSII *Phil. S. Lib. 2.*

§. XI.

LEGEM DENIQUE DOCENS ET EVANGELIUM.

I. Materia circa quam, seu Objectum Scripturæ reale, dicuntur res omnes, in scriptura traditæ. Quas inter eminent lex & evangelium Jes. VIII. 20. 2. Cor. III. 6. Gal. III. 2. Rom. III. 27. Matth. XXII. 36. 42.

II. Ad legem pertinent 1) præcepta, tam affirmativa, quam negativa, 2) promissiones & comminationes legales, 3) exempla præriorum in iis, qui legem observarunt, & iudiciorum divinorum contra inobedientes. Ad evangelium, omnia dicta & promissiones de gratia reparatrice & Christo redemptore.

5.

23

24.

23

22

2

6

20

7.

8.

9.

10.

11.

15.

12.

13.

14.

redemptore, nec non salute, per Christum acquirendā omnibusque offerenda, credentibus autem à Spiritu S. per fidem & sacramenta applicanda. *Act. XX. 24. VIII. 35. Eph. II. 17. I. 13. Rom. X. 8.* Item exempla illorum, qui ex fide sunt justificati, *Rom. IV. 1. sq. Ebr. XI. 2. sq.*

III. *Nucleus* vero, seu primarium objectum & medulla totius scripturæ, est Christus, *I. Cor. II. 2. 12. X. 43. Luc. XXIV. 44. 45.* sèpissime quidem clare & perspicue sensu literali propositus, alibi vero sub umbris & figuris latens, ideoque diligenter investigandus, *Job. V. 39. Ebr. VII. 3.* Ita nempe, ut utrumque evitemus extreum, neque cum CALVINO, GROTI, CLERICO, in defectu, neque cum COCEJANIS in excessu peccantes. *Conf. RAMBACHII Herm. S. p. 147. 156. 164. 168. 173.*

§. XII.

VT HOMINES SALVENTUR NOMENQUE DIVINUM GLORIFICETUR.

I. *Finis, cuius obtinendi gratia Deus scripturam literis consignari voluit, respectu hominum est eorundem salutem inchoata, quam consummata.* *Job. XX. 31. V. 39. I. Job. I. 3. 4. II. 1. 12. seq. Luc. I. 3. 4. 2. Tim. III. 16. 17. Rom. XV. 4. 15. Phil. III. 1. Ep. Jude 3. 2. Petr. I. 12. - 20. Deut. XXXI. 9. 13. 19. 26.*

II. *Respectu Dei est digna nominis divini glorificatio per salutarem illius agnitionem & cultum.* *Ps. CXLVII. II. 19. 20.*



Index.

- 1) Laur. Stentzler de Theologia in genere.
- 2) ——— de Religione
- 3) ——— de Scriptura Sacra.
- 4) ——— de Deo.
- 5) Iac. Henr. Balthazar de Scriptura Sacra, & quidem de illius Definitione.
- 6) Mart. Felmer (f. P. S. Baumgarten) de Efficacia Scripturae naturali & supernaturali.
- 7) Joach. Aug. Ewald (f. P. C. Knappii) de Coequo & sive tanquam vera revelationis charactere.
- 8) Christ. Frid. Hofmekern (f. P. E. A. D. Stofski) de Ecclesia Divina Bibliorum inspirationem testante.
- 9) Gottfr. Schütz (f. P. S. Baumgarten) de Infallibilitate Pontificum Romanorum ex scriptis Rerum Rerum.
- 10) Benj. Gottl. Clemens de Critico Religionis Christiana primario.
- 11) Joh. Christ. Klemmius de Veritate Religionis Christi ex scriptis inferiorum Supplementis comprobata.
- 12) Car. Jam. Krausius de Decro Dei in Vaticaniorum obfuscitate.
- 13) Jo. Christ. Klemmii Iudaicus Christianismo sublatus. ♦
- 14) Jo. Christ. Höffi Sylloge Questionum Theologiarum denuo tripli.
- 15) Christ. Wendt. (f. P. S. Baumgarten) de Omnipotentia vera notione.
- 16) Nic. Nonnen Theologumena de Terre Motu.
- 17) Bernh. Frid. Luykspü Disputatio: an & quod Recatum originis Nationis patet?
- 18) Christ. Nicol. Marci (f. P. g. Wernsdorff) de Reliquis Imaginis Divine.
- 19) Jo. Christ. Schurwalti Meditationes ad locum de Christo. Specimen I.
- 20) ——— ——— Specimen II.
- 21) Benj. Lettwich (f. P. S. Baumgarten) de Omnisientia Christi in Statu operationis.
- 22) Christ. Sigism. Georgii Veritas Resurrectionis Dominicæ ab Impediti criminationibz vindicata.
- 23) Ad. Henr. Lackmannus de Es unde lacuna testimoniorum atq; defectus in harmonia sanctorum & profanorum Scriptorum, vita ac memoria Christi inferientium?
- 24) Jo. Frid. Page (f. P. S. Baumgarten) de Natura & Gratio Regis.
- 25) Ern. Frid. Bening (f. P. eodem) de Conversione non instantanea.
- 26) Car. Gottl. Hofmannus de Spiritu fidei Divina & humana.
- 27) Christ. Weifius de Fama & Situ rerum sacrarum passim in Sacris memorata.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862189268/phys_0045](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862189268/phys_0045)

DFG

R E R V M S A C R A R V M . X L I

niique cumulantibus, Ief. I, 11-15. XXIX, 13. Amos II. Matth. XV, 8. Marci VII, 6. Quotquot igitur ne vera mentis poenitentia, in medio vitiorum i, peccatorum remissionem a Deo; carnali gratiae opiendo tantum fallendosque conscientiae angoeffictio, sibi expetunt, Ier. III, 4. Hof. VIII, 2. Qui meraria leuitate, in Scripturam inuolant; * aut de lei articulis, morumque emendationibus, ostentavel gloriolae captandae, vel iurgiorum prouocan- Phil. II, 15. acriter disceptant; illos a Simonis Magi mpietate confido, Act. VIII, 18. sanctissima Flami- a, profana siti, appetentis. Quin et ipsum aeter- nis studium, vitio tum insigni admodum profano- si mercenario et seruili ingenio, ob fictas perpe- voluptates, si meritorum operumque confidentia, alutis ordine, exoptetur; Luc. III, 7. XIII, 24. XIX, 25. XXV, 44. Caevant igitur sibi, et sollicite spiciant, ipsi etiam RENATI, ne vel talia votis suis sumant, quae a Numinis voluntate, plane defle- uibus impuritatis aliqua labes, cordium scrutatori da, subsit. Ipsum mortis pacatae desiderium, fidei do, donorumque Spiritus S. augendorum fames, si- sacrarum omnis, excutienda iterum iterumque sunt stus superbiaeque spiritualis quicquam, execrabile crimen, ipsis forte non adeo aduertentibus, lateat. ***

§. XX.

IV. 7. 2 Tim. II. 16. 23. Tit. III. 9. Ioh. IV. 29. Matth. XIX. 5. 36.

diatarum reuelationum vel immediati alloquii diuini pica pertinet, tri subiecisse examini non poenitebit, ELIAE, PAVLI que, analy- si exoptantium, cupidinem 1 Reg. XIX. 4. 2 Cor, V. 8. Phil. I. 23. eum videndi desiderium Ex. XXXIII. 18. 22. DAVIDIS de- cendo consilium, ipsis prius Nathani probatum 2 Sam. VII. 2. 3. Christum

F




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.